judicamus hanc materiam, quæ penitius cognoſcatur, ut & in hac parte noſter intellectus ab ignorantia liberetur & corpori noſtro variis morbis ſubjecto ſuccurratur. Hoc nos quoque movit, ut, cum pro ratione officii, publicè dicendum eſſet, de natura thermarum quædam proponeremus, quæ vobis, Nobiliſs. Doctiſſimique juvenes inſcribere placuit, propterea quod in vobis præcedenti æſtate ad Acidulas Schwalbacenſes non tantum deſideriũ magnum cognoſcendarum rerum naturalium inprimis huc pertinentium conſpicerem, ſed ſimul quoq; ſingularem veſtram benevolẽtiam in itinere per dies aliquot mecum ſuſcepto experirer. Boni conſulite hoc quicquid eſt, ex affectu amico profectum, & ἐπὶ μήκιστον vobis, ſtudiis veſtris, & aliquando Reipublicæ Valete & Vivite, GIESSÆ Cal. Octob. 1617.

V. Studioſſ.

GREGOR. HORSTIUS D.

In